

rator verbis vigeat vir bellicus armis,
ut quae quis discit taliter illa gerit.
Quod quis non est se, nec fit vel desinit esse
nil qua talis agat ne sibi damna ferat
Septem sunt artes, quas libet talis amantes,
exprimo septem verbis hisce meis.
Grammatica os tenerum pro verbis efficit aptum
diciter hinc musis ianua pro reliquis.
ad ratione uti dialectica contulit orbi
haec artes inter scit dare mentis iter.
Rhetoricae studium sermonem dat tibi comptum,
quo mediante queas flectere quid quid amas.
Musica concentum connectit quata canorum
auribus excultis consona dando tuis.
Gaudet Arithmeticus numeris occultaque caesus
ex moris numeris: exuit apta satis.
Astrologum cussas qui sunt variosque recessus
astrologus recitat, mente futura notat.
Pultque geometres campos, terras, ut et urbes
mensurate suis providus in tabulis.
Has libertatis dico gaudere triumphis
nam qui his imbuetur, libet eas sequitur.
duae florent reliquae sunt cum dictamine noxae
seque volunt factis multiplicare suis.
Non male Papa Pius titulatus nempe Secundus
artibus insignis dicebat omnigenis.
Artes principibus gemmarum sint vice munus
aurum nobilibus sicut habentur opus.
sunt et plebeis argentum, aur? quia cunctis
multum conducunt, nec velut aes pereunt.
Ipse vero fatum dum crederet astrologorum
quod solum obtenti perderet imperii

48.

Se artibus exhilarans, haec dicit verba propinans:
omnibus in terris ars viget in populis.
Telis exiguas captivat aranea muscas
artes per tenues se satiant homines.
Invidiam peperit nunc ars partamque tenebit: 49
artibus hoc unum semper inest vitium.
Ubi tractat rastum raro sequitur bene castrum
omnia non omnes possumus hinc homines.
Ingenio est plenus qui viribus exstat egenus:
praevelet in linguis debilis in gladiis.
Artibus ornant, cui vim natura negavit,
pauper ab aegrotis saepe privatus homo.
Artes naturae supplebunt omnia fere
quod natura negat saepius ars reparat.
Artificum dictis debemus credere fictis,
raro veraces omnibus artifices.
Ars quae promittit, sat longo tempore ?
et si transmittit, tardius illa facit.
Artificum mores ad vinum sunt meliores
quae simul epotant, ebrietate probant.
Omnibus est nomen sed non est omnibus omen,
si res arte caret vix aliquando viget.
Dixit bonas artes si te terrent morbo mactes
paupertas artes, castra fovent acies.
Artes se vera, semper fovet undique terra
Nec bene qui didicit Codrus egenus erit.
Ars frangit turres, animum dat destruit urbes
arte domus fiunt, arte domusque ruunt.
Arte manus stravit, quod nemo movere putavit,
et solet ars dominum saepe iuvare suum.
Arte domantur equi, velut arte domantur iniqui
et leo mansuetus fiet ad artis opus.



Artis amatores fiunt semper meliores

hoc citius penetrat, discere quod quis amat
Assidui studiis dant optima fescula musis
chasmus eris musis continuis studiis.

Verba ligant homines taurorum cornua funes
neglectis studiis error adest hominis.

Ars satis augetur si temporis usus habetur
saepius illa lavat, quae molo gutta cavat.

Hinc datur immensus longo pro tempore sensus:
nemo repente bonus nemo repente malus.

Ullus erat matrus Rabbi mox iure vocatus,
qui doctum dictat, discipulus fuerat.

Iduis puer auditus, vel visus in arte peritus?
doctus de caelo non cadit ullus homo.

Fit molo doctus homo, non vi, sed saepe legendo,
frangitur ad latices nuxa iterando vices.

Arbor matura decies ferienda cadenda
et stat post ictus quatuor una pyrus.

Uuacrus per primum non grauis corruit ictum,
non ars nunc nec mel fit simul atque semel.

Uuacras, atque legas, tua saepe revolvere discas,
haec tria sunt dulcor, sunt sapientis amos.

Uusus dat promptos, ars certos, discere certos
haec poterunt certos reddere discipulos.

Arte vocatus homo sibi praesens tempore toto
sit bene cuncta videns, sit bene visa tenens.

Ars manet ars durat, fortuna recedere curat,
quod perit est pejus, quod manet est melius.

Ars si portatur tunc portans non oneratur,
quod te confortat, vice tua, teque gravat.

Portatur levitet, nunc artem discere libenter
discere qui voluit se, sua non metuit.



Artem qui sequitur raro pauper reperitur,
ad minus ars stillat si plures haud cupiat.
Plus probo thesaurum docti, quam divitis aurum,
doctrinae nutriunt, divitiae pereunt.

Fas semel imbibitam non est dimittere musam
nec fas est artem perdere vel tenuem,
Artem perpetuam tenuit sibi raro ministram
quam nec in exilio perdidit ipse suo.

Nam poenam subiens laudaverat hanc, sibi dicens:
sola comes nostrae perstitit illa fugae.

Per nihil a brutis homo nunc distinguitur ipsis:
quam per honestatem, sicut et artis opem.

Hincque coronando Romae quondam Frederico:
illo per celebrem tempore Pontificem.

Ipse Ladislaus non mente, at corpore parvus,
ut regem decuit talia verba dedit:

Hunc ego non hominem pecudem sed dico animale
in quo sicut eget, littera nulla viget.

Res cui quis studuit decies repetita placebit,
si decies repeteris, quod legis illud ages.

Sunt qui discipulum faciunt superare magistrum
si sit saepe legens, saepe vidensque, docens.

Ut vult prudenter, sic ars non vult propteranter
nam spectat magnae tuta subire casae.

Nunc hic nunc alius deperditur ante capillus
donec amat nudum crescere calvitium.

Discendo crescunt iterando multa patescunt
paucula quae scivi, continuo didici.

Iam nescit partes in vanum tendit ad artes
num post aliud concipit omne caput.

Singula captentur, sic artis facta tenentur
unica res celebrem destruit artificem.

Surge puer vigila, canta, lege, disce vel ora,
sic tibi dat claves musa, velut facies.

Saepe juvat vires nostras, coluisse per artes:
saepe juvat linguas edidicisse duas.

Artes discuntur, nam naues arte reguntur:
arte levatur onus, sicut habemus opus.

Ars nec barbariem metuit, nec militis enssem,
nec timet insidias, nec mare, nec pluvias.

In multis hodie levis ars eluditur arte
ne tibi sit pejus, seruiat ars melius.

Omnibus in terris dant artes quae modo quaeris
artes dant ditem nec faciunt inopem.

Inter pictores contentio facta celebres:
quis majus, melius pingere posset opus?

Unus potantem pinxit, mox illeque stantem
ac in iudicium sistit uterque suum.

Ut indec hominem vidit quasi vina bibentem
pictus ait praesto est, sola loquella deest.

Et cito qui pinxit bene pictor talia dixit:
nemo loqui poterit dum sua vina bibit.

Pluribus intentus non est ad singula sensus
unum nam melius discitur artis opus.

Idei binos una lepores sectabitur hora
et simul ut plures persequitur lepores,

Unus sat prompte, quandoque carebit utroque
consequiturque nihil, qui cupit omne simul.

Pluribus imbutus se non gravet artibus ullus,
una quam bene scit, sat tibi dives erit.

Nullas doctrinas vel nullas discere linguas:
vere est solius rusticitatis opus.

Est exercitium mortalibus omne benignum,
pro pigris manibus nemo parabit olus.

53.

hui se se erudiunt, aut artis munia discunt,
semper ut evadunt, sic bene proficiunt.
hui mentem, mores permittant in meliores
artes per tales se faciunt graciles
omnibus amissis si cui non est opus artis
semper in hoc mundo fiet egenus homo,
omnibus amissis, si cui tamen est opus artis:
omnia pro voto sursum habebit homo.

illum ex hac causa novit proscribere Rom A. 57.
cui nullus ferret, vel fuit artis amo R.
hoc perspexerunt reges, arte hinc micuerunt T:
Caesaribusque hodie, non pndet hoc faceret E.

et Selimus minimus A gaudebat in artis aren A,
aciculae Caesars dum fabricat sibi pa R.
cum multi exsunt T tunc artifices bene vivunt,
ex artis nam sp E stant bene quotidi E.

et musa propri A sperabit quisquis optim A
Recta cupit rhetor dicere, sic fit ordo R
Totum quod quis habet post artem iterare labore T
iteranda + E proficit ars hodie E.

55-56. old. vers.

Barbarum species.

57

Est a barbaria deducta viri puto barba,
olim est in barba cognita barbaria.

Hinc et barbatus depingitur undique faunus,
ut det per barbas, noscere barbarias.

Est paganosum longissima barba virotum,
dant per mistaces noscere barbaries.

Vix patet ex barba per odorem noscitur herba,
se nidus prodit, cuius avis fuerit.

Distortum vultum sequitur discordia motum,
fallax hirsutus, prodigus et fatuus.

Quod non in mento regnet doctina memento:
non mento mitide mente nitere bene.

Quod caput excludit, nec mens modo docta recludit,
barba foret mentis, si foret et capitis.

Est excrementum capitis, nunc barba potentum:
sunt et barbati nunc aliqui fatui.

Vix erit excultus distortus ad omnia vultus,
aulis fit gracilis, qui levis et facilis.

Li promissa visum faciet nunc barba magistrum:
cur non in capro, creditur esse Plato?

Li bene barbatus faceret sua barba beatum:
quae nunc imberbes, nos premeret juvenes?

Li faceret doctos homines nunc barba magistros:
posset castratis musa tacere satis.

Roma magis fuscis, stat rufis Gallia barbis,
et sua quae seruet vota capillus habet.

In rufa barba crebro latet anguis in herba,
nam quod marte requit dexterritate facit.

Sunt et synceri, qui rufae sunt speciei
est et rufus amans Davidicum recitans

Barba cavendo pilis est omni ^{omnino} tempore } vilis, 58 ✓
barba vitum deceat non tamen hinc faciat,
Hispidam barba rei vitium dat barbarici,
quae promissa nimis vice erit haec humilis
non sunt barbati, sed sunt in fronte notati,
in caelo servi, quos tenet aula Dei
Iuxta manum longam mulcet per pectora barbam,
in barba pridem collocat ille fidem.
Mistace Germanus, gaudet mistace Polonus,
hispidus est totus rusticus Hungaricus.
Mistace contorso piceato stat modo Teuto,
raro, vel nullo Gallica turba morbo.
Ad finem crassas contorquet Iberia barbas,
vult filo similes Austriadum roboles.
A multis hodie barbae nutriuntur acutae,
in quibus et forma est sicut Hebraeus habet 22
Sunt alii nullam, patientes qui morbo barbam,
damnantes rufam, sive colore rubram.
Nam dicunt rufos Judam gessisse capillos,
cum tamen et David rufus in ante fuit.
Hic salvatoris gessit formam patientis, 59 ✓
non est ego pudor, rufus in ore rubor.
Barbarum sortes, tot sunt, quot sunt regiones,
et placuit bardis hispidam barba viris.
Caligulam recito, qui nequam Caesar ut octo, 2
ceperat a caligis nomen habere suis.
Nam primus caligas gemmis portavit onustas,
hinc et Calligulam sic lego per caligam.
Et quia capinam natura dedit tibi barbam,
edictum statuit, quod tibi turpe fuit.
videlicet ut poena capitis caedatur iniqua,
audens barbatam dicere voce capram.

Ex nigro mentum senio mutatur in album,
candida quae fuerit barba senile petit.
Pectoris indicium dabit horrida barba severum,
si tibi barba decot, fit mala vita prodot.
Hinc libet hirsutam tibi falce recidere barbam,
ne scelus in mentum, transeat, ut vitium.
Crevit barba tibi, non sunt in fronte capilli,
res hinc barba gravis, res caput hincque levis.
Barbatas geritis facies, hinc jure potestis
dicere sum capos, praerimus ego modo.
Canus erat quidam, qui rem cupiebat amicam, 60.
a scorto astuto, more meretricio. ✓
Sed lupa formosis optans illudere verbis,
discit: se barbam temnere tam niveam.
Et cito scortator, tamquam veteranus amatot,
barbam fuerat, candida quae fuerat.
Post subito corvus, sed adhuc in vertice cygnus,
totum, quod pridem sollicitavit idem.
Sed caput, et mentum cepit distinguere scortum,
illum, non illum distimulando virum.
Hinc ut in enormem posset descendere fraudem,
dixit amanti: sicut erat: / duplici.
Et pater, et natus fato es propeante creatus,
nam vides juvenem, quem videoque senem.
Ego age: conjugium noli tentare nefandum,
absit ut et proli, me sociemque patri.
Sed quod ego patri, cano capiti ante negavi,
hoc barbae proli non faciam juveni.
Heu! quam sunt multi barbati sicut adulti,
sed post tonsoras, se faciunt juvenes.
Lanis, atque pilis caput escornant alienis.
ut corvum fingant, qui modo cygnus erant.

Tantum augete dolos, sed sit proserpina canos, 61
nam larvam vestris detrahet illa pilis

Si grave peccatum est proprios fucare capillos,
majus ob infamem crimen erit Venereum.

Contra naturam scelus est investire barbam,
dum fingis juvenem, quem dedit illa senem.

Corripit ille Deum, qui vult fucare capillum,
vel niveam barbam practicat esse nigram.

Majus barbatis, juveni quam noxa magistris,
quod juveni levitas hoc senibus gravitas.

Barbatum merito peccantem plus reprehendo,
quam quemcumque levem punio nunc juvenem.

Nam barbatum mens est sentina malorum,
dum ratio juvenum vice sapit ad vitium.

In mento laetus Caesar /; lego sic /; Adrianus,
ne multum pateant vulnera, sed lateant.

Primus promissam cepit protendere barbam,
squalida prolixis ora tegendo comis.

Huius ad exemplum fecit populus quoque vitum,
hinc Longo-barbus dictus erat populus.

Licet ob ludricum per Galli paelia victum,
Insuores poenam constituisse gravem.

Scilicet, ut longos studeant gestare capillos, 62
et mentum nimis, quique parare pilis.

Horum sed obprobrium quia constitit esse statutum,
unus, vel nullus praestitit istud opus.

Praestabit nullam, quam barbam cernere raram
cofit barbiticum, qui cupit esse pilum.

Rara placent cunctis, rarorum chara voluptas,
barba tibi rara est, non tamen illa placet.

Non in prolixis dicere rem consistere barbis,
nam laus, et virtus sunt rationis opus.

Saepe sub oblongis sordidus solet esse capillis,
sicut foemineis fraus patet esse togis.

Innum non taceo de ^{ve}Galla, quod tibi narro:

haec dum vivebat virgo potens fuerat.

Ast ob conspectam per mentum fatis medicinam,
excrevit mento barba sat ampla suo:

Hanc tamen ob formam medicorum regula barbam,
dum cupit ob aestum perdere conjugium,

Maluit enatam servare sibi pia barbam,

quam barba vacua condere conjugia.

Dixit ab hac Galla barbata, Galla tota

quae cupit integrum perdere barbitum.

Hinc et abest aulis pia virgo Galla superbis, 63.

nam riget in pompis aulica Galla suis.

Contra Christicolam litem Judaeus iniquam,

ut nuper cudit, quaestio magna fuit.

Pluribus an riget Judaeus /: ut ipse portabat: /
sanctis, vel fidus Christi adum populus? →

Tandem post longas horum rixas supercitas,

Judaeus pactum condidit hoc lepidum:

Ut de Christicolae barba Judaeus abunde

quot recitat sanctos, tot trahat inde pilos.

Hoc ut ideus faciat Christi sectator anhelat,

dum poterit sanctos enumerare suos.

Judaeus varios cepit numerare beatos,

vique suae Legis protulit hos veteris:

Isac, Davidem, Jacob, Moysen, Samuelem,

atque profetarum non modicum numerum:

Totos, ac alios Judaeus fando beatos,

Christicolae varios trahit in ante pilos;

Christi cultorem posthac sanctos numerantem,

rixas merito, sicut ego refero.

Nam vix bis denos cepit numerare beatos,
atque tot hebraeos elacere pilos:

Probinus undenis cum millibus Urula sanctis
personat: Hebraeos, jam trepidante viro:

Mose Christi cultor cepit velut optimus ultor
Iudaeum cunctis despoliare pilis.

Dicens: nec capiti poterunt tot inesse capilli
Urula quot sanctas protulit una animas.

64.

Bellorum qui modo mores?

Bellua saeva dedit nomen bello, quod habebit
belliger, horrendas nunc imitando feras.

Ut bellatrices aquilae, saevique dracones,
et mordent varia corpora dente feral.

Saevit amor ferri, scelus est insania belli,
occidunt justos aspera bella viros.

Heis fuit inimicus primus qui protulit enses?
ferum qui cudit, ferreus ille fuit.

Heu! luimus quantis nos tristia proelia damnis,
diffugiunt belli tempore quique viri.

Squallent abductis pagorum tura colonis,
nam cremat innocuas hostica flamma casas.

Uvae secum nequeunt hostes abducere, perdunt:
per quos insontes; diripiuntur opes.

Nulla salus bellis, quae sunt deflenda colonis,
rusticitas hostem semper habet duplicem.

Bella gerant reges, sed quae dictant modo leges, 65.
nam quae lege carent perdere bella solent.

Ad quemque facit micrum constans discordia rerum,
nemo tricenis proficit eloquiis,

Bellum consumit, quo pax nos aurea nutrit,
non est Mars nimius iustitiae deditus.

Est nervus belli numerosa pecunia regni,
nulli mendico Mars dedit arma vivo.

Rex caret armatis, gaudent res iustitiae,
est pax in silvis, dum lupo est in iis.

Rex dum rixatur, criminis populi leceratur,
Caesar init bellum iusticius est medium.

Si plebs duraret bellum rex semper amaret,
ne pereant populi pacificantur heri.

Bellum transibit, si rustica turba peribit,
semper plebs, ut fit, militis esca fuit.

Militibus bellum, res bella videtur in aevum,
militibus solis omnia bella satis.

Spicula cum pictis haerent in casside pennis,
ut caudent hosti, quae metuenda levi.

Bellum, quod fervet, nunc arte fruatur oportet,
ut vincat faustus Mars cupit artis opus.

Idea deceat tutam castris praeducere fossam,
vel facere unanimes militis hinc acies.

Iluemve locum ducto melius sit claudere vallo,
quive locus pateat, vel locus an lateat.

Ut queat adversos hosti defigere nervos,
dux belli: cunctas praepediendo moras.

Ihu doctus rerum maturus et inde dierum
postulat austeros arte ferire viros.

Ihu faber est rerum calidum vult cedere ferrum,
nullus spem oera collocet in venia.

Accidit in puncto, quod non speratur in anno,
quod non dant menses, saepe dat una dies.

Ante tuum salva post est occasio calva,
investet totam sors rediviva rotam.

66

Consilium factum celerem mox postulat actum,
nam mala per longas invaluerunt moras.

Belliducum laetum discordia perdit et aurum,
tardè consultantem cito sit faciens.

Sunt bene concordēs iterum Pilatus, Herodes,
non fuit hoc visum, quod lupo est lupulum.

Est mirum bellum, quod culpam asellus asellum,
nam plenos saccos portat uterque suos.

Mortifer in vacua regnat Babylonicus arena,
saepius in minimo maxima vincit homo.

Pigmaeus parvis currit bellator in armis,
est cum Bellona Mortis aperta via.

Mars violat legem perdit cum paupere regem,
et pugnat dubius Martis ut est gladius.

Ibi curae Petri claves commisit Olympi,
quodlibet ad quare, noluit arma dare.

Pastorale dedit, populosum pastor ut esset,
non ut cum fidei bella gerat populis.

Crescimus in rixa de lana saepe caprina,
majus negligimus, quod minus attrahimus.

Et cauponantes crebro sunt belligerantes,
excitat et fatuos gloria vana suos.

Pessimus ad bellum, qui gaudet inire duellum,
perdere bella solent, quae probitate caesant.

Dixit exultabit potius de jure peribit,
qui sine jure alium provocat ante vitum.

Pax! pax! clamatur, sed pax per bella paratur,
fimus pacifici, dum pereunt gladii.

Armiger in castris, non curat quid sit in astris,
gaudet rure soli, non petit astra poli.

Ut vites hostes regnum claudito postes,
vis nunc esse pugil, jugiter esto vigil.

67

68

Roboris, aut artis par est victoria Martis.

explorare velis quem superare petis.

Duce leo in arte rudes etiam facit esse leones.

hos rursus lepores, si leporesque duces.

Vincendi munus praestare potest Deus unus,

belli victrices a Jove sunt acies.

Non amat hi Jertum, qui fest ad praelia Jertum,

est modo belligeris tara fidesque visis.

Sub ferri jaculis lateat mens candida diris,

sub galea mitida, sit mitida ac anima.

Pendet ab aethereis omnis victoria votis,

tutior armadis si Deus armet, eris.

In tam diversis cum sit concordia chordis,

tam discordatos non pondet esse viros.

Mars licet affligat Salomon tamen hoc tibi scribat,

Mars nocet armatus mada nocetque venus.

Plus canis appetere plautum, quam forte furtem,

quod qui non timuit, saepius hoc nocuit.

Iduam sit mollicus timet hunc sapiens inimicus,

Solis ad Eulypses, orbis et umbra sat est.

Astu subtili lupus insidiatur ovili,

fraude parant homines, quod nequeunt inopes.

Pulvere qui laedit, sed laesus marmore scribit,

est in laesura longa salus modica.

Laudicis, Erebo, Fisco est fas vivere rapto,

lex parcat dominis, non timor at populi.

Mentiri astrologis, pictoribus atque poetis

convenit, ut bibeulo saepe madere mero.

Militibus, medico, tortori occidere ludo

consuetum video, nec prohibere queo.

Nil refert uno constringi, vel pede bino,

illi, qui sanctus sufficit una salus.

69.

Cur calanum dextra trahas, gladiumque sinistra?
est tibi Mars laevus, dexter Apollo tuus.

Bella famem generant, pestemque fames modo praestant,
est igitur bellum peius utroque malum.

Omega mostrotum mors est, Mars alpha malorum,
post bellum magnum distat utrumque patum.

Cur immensa geris miles calcaria quaeris?
immensum, quae stet gloria calcar habet.

Non bene belligerant, qui solis lumina spectant,
nam solis radii sunt oculis nocui.

Obvia belligeri non cernant flamina venti,
pulveribus venti, sunt oculis nocui.

70.

Solus cum solo si pugnas, hoc tibi ptolebo,
pro dextro serves quem superare petes.

Si quis non dextra, sed pugnat parte sinistra,
huic validis telis inuigilare velis.

Omnibus in castris sapiens dominabitur astris,
vincere qui didicit caelica Regna petit.

Ut superemus eum, qui non vult credere verum,
praebet placatus pectus, et arma deus.

Vincere cor proprium plus est quam vincere mundum,
est magnum lucrum cor domuisse suum.

Ibi linguam frenat nunquam propter aberrat,
multa loqui turbat saepe tacere iuvat.

Mente retorquendum, quod non est ense movendum,
eveniet tempus, quod tibi praestet opus.

Nunquam bella bonis desunt, nec praelia doctis,
et cum quo restet mens pia semper habet.

Est et bellator divinae laudis amator,
ad mala cor frenans, ad bona cor elevans.

Daemonis enormes, qui possit vincere fraudes
hunc tu belligerum dicito quaeso vitum.

Contra vim carnis, mirandis utimur armis.
est bellum majus quod latet intus.

Lic intestinus peior solet esse inimicus,
ut sunt affectus, quos homines gerimus.

Visitat hinc homines, quos Numen diligit omnes,
hic secat, hic vit, quem sociare cupit.

Idem caelo optatur cruciatibus hic oneratur,
non est de hac patria pressa malis anima.

Saepe recordatur, pressus nec non meditatatur,
quae fecit peccans, hinc sibi fit lacrymans.

Hic dolere agetur, meritum sic, ut cumuletur,
quo major moeror, major sibi fit amor.

Non amat affectus canales, qui modo moestus,
caetus sibi fiet, qui modo tristis aget.

Est nulli certum, cui pugna velit dare certum,
semper enim ambiguum pugna dat officium.

Saepe chalybs chalybem vincit pugnare volentem,
et clarum bello vincit inermis homo.

Sunt quos in bellis modo gloria vexat inanis,
dum jactant fortes, quos coluere acies.

Mensa in vinosa narrant certamina multa,
fingentes cunctos, se superasse viros.

Interea trepidi fugientes agmina belli,
declinant cunctos fabricitando viros.

Aut ementitae prodest sibi sentio venae,
dum discunt pugnae tempus adesse novae.

Sic ductor quidam conflictus nuper ut horam
senserat, hunc lepidum scivit inire dolium.

Dixit inaequali sibi subjecto officiali:
est mihi sat notus ferror, honorque tuus:

Perge per hostiles acies, distampe phalanges,
discant officio robur inesse meo;

41 ✓

42 ✓

Namque ego barbariem non possum cernere sed spem
in generoso animo posco locare tuo:

Impiger ut talis totum celet officialis
fecerat, et vicit sicut eum decuit;

Post hac victrices retro ducendo cohortes,
in ducis officio se posuit merito;

sed prius officium ductorem assumere promptum,
excepit colapho, sat crepitante modo.

Dicens: audacem cui cernere displicet hostem,
nec semel abjectum cernat is officium.

Sic quidam multis cepit jactare triumphis
praecia, quae gladio gesserat ipse suo.

Utque probam dictis statuat celet immediatis, 73.
quam tenuit dudum, iussit adesse manum.

Dicens: quam fortis praesens fuerit manus hostis,
quae per me secta est, cernere quisque potest.

Et commensalis miratus ad ista sodalis,
optabat grandis cernere vim capitis.

Ad quod se jactans, dicit mendacio firmans,
vertea tam grandis, non fuerat capitis.

Hoc est laudis opus defunctum vincere corpus,
atque obtruncatum sic mutilare vitum.

C.

Caesar, Rex, Regnum.

Julius enatus de caeso ventre, vocatus
est Caesar primus, sic notat Antonius.

Nomen ab hoc Latini reliqui ducere triumpho,
et dictum imperium Caesaris officium.

Est gratum nectar felix in tempore Caesar,
in factis alios excitet aula bonos.

Caesaris ad votum populus se scit dare totum,
conformat cito se, seu bene, sive male.

Numen plebs orat, Caesar pro plebeque pugnet
in cunctis semper se iuret alteruter.

Ad foelice bellum multum dat copia rerum,
hanc Caesar tollit, dum male miles agit.

Ex ratione levi non debent bella moveri,
fiunt sanguinea bella cruenta modo.

Nomine Caesaris fieri quam plurima ceno,
quae licet ignoret Caesar, ut esse solet.

Idcirco mala non plectit dum debet, crimina nectit,
iustitiae gladius Caesaris est radius.

Iusti vexantur nisi pravi corripiantur,
iustis ne noceat, Caesar iniqua premat.

Pax cum iustitia sunt optima Caesaris arma,
qui gaudent istis, nemo nocebit eis.

Ex facili causa Caesar mutatur et aula,
in cursu Lunae nam regit aula regal.

Dulce foret cunctis dominari semper in aula,
si nullum vel mors, vel premeret mala sortis.

Nota deo solus, sed censum Caesaris aula,
praesidet ille polo, praesidet iste solo.

Vota, preces, laudem, censum, rectigal honorem,
haec tu redde deo, Caesareoque throno.

Regnat Caesar humi, Numen regit atria coeli,
quilibet hinc aulam, debet habere suam.

Inferiora regat Caesar, Deus alta gubernat,
et sic stat sceptro dignus uterque suo.

Cum Deus in caelis, Caesar regat omnia terris,
ut dat Caesaribus vult sibi vota Deus.

74 ✓

75 ✓

Vitis curas populi, mores cognoscere vulgi,
tantum naturas, Caeraris aspicias.

Est mos poscendi species violenta iubendi,
quando Caerar egens supplicat in se potens.

Gaudent praedones, dum discordant regiones,
regnum divisum stat male, fit nihilum.

Multum Gallus emit, sed Caerar ad omnia tendit,
ille sibi prodest, postulat hic, quod abest.

Sed faciet ludos suis immutata secundos
Caerar ut haec habeat, Gallus ut haec cupiat.

Est injustitias finis tristissimus omnis,
contra torrentem flectere nolo ratem.

Est aquilis proprium tarde convincere Gallum,
serius ut se armat, sic citiusque necat.

Nam prodor est aquilis in fimo ostendere gallis
quid sit virtutis, quae venit ex aquilis.

Hinc dum cristatus finium vult spernere gallus,
et cupit aëreo nempe sedere throno:

Illico sunt aquilae gallum superare paratae,
et nimis elatas dilaniare comas.

Rex condit legem, servat lex condita regem,
omnia quae regi, rex sua jura gregi;

Est prohibere malam legem, permittere honestam,
est semper iustum jus dare, cuique suum.

Idua regum melium digne conscenditur altum,
nullam virtutem dic magis difficilem.

Virtutes aliae nunquam sic sunt manifestae,
omnibus in terris, ut pateant oculis.

Cunctis censuris virtus est publica regis,
hinc virtus regis solaque difficilis.

Omnibus hinc regem, quibus imperat, ut meliorem,
esse decet: regnum, sic decet esse bonum.

Sed quam sint paucae non credis in orbe coronae,
quae promptae cuiusvis sint cerebro capitis.

Rex, cui nunc regnum pro voto sufficit unum,
vix rex unus erit, si tamen unus erit.

Rex, qui nunc regnum bene dirigat, et regat unum,
si nunc unus erit, vix tamen unus erit.

47.

Idui regnat promptus, cur non regit omnia solus?
qui regiturque regit, rectius ille regit.

Grege fecit regem, sed cum grege, rex quoque legem,
hinc semper legem, rex regit, atque gregem.

Nemo nunc hominum praesumit dicere verum,
regibus, o miserum regis in orbe statum!

Quem tenet ut charum rex, plebs hunc sentit amatum,
hunc rex non curat, quem leve vulgus amat.

Esse simul charum regique, gregique benignum,
non est res facilis, sed morbo difficilis.

Sic cur tam pauci regum inveniantur amici?
regibus observes: vix aliqui similes.

Idui magis est dignus, debet rex esse benignus,
rex bene demandans fit sua multiplicans.

Ut regnum daret regis clementia firmet,
nam firmantur ei regna per arma dei.

Pacere prostratis vult nobilis ira Leonis,
hoc facit, et totus mitis ad omne Deus.

Expectans longe Dominus fit solus in orbe,
qui vult clementer tutius proget iter.

48.

Rex nimis elatus populoorum destruit actus,
ut rector, fuerit, sic habitator erit.

Et bona quaeque ducum Dominus destruxit eorum,
qui nimis elati, semper erant tumidi.

Ut lupo ad caulam citius, quam regis ad aulam,
lamba catus lambit, qui bene pinguis erit.

Neptuno Lathanas nunc vult imponere culpas,
quod non intret eas Aetna culpam aquas.
Nemo fide in patria poterit gaudere propheta,
res extra regnum non regit imperium.
Olim, quas aedes sancti potuere parentes,
natus disiciet, qui pietate caret.
Quod jus templorum pietas fundavit avorum,
mores haeredum dilapidant inopum.
Quod regit gravius praeponderat indigne pondus,
gaudeat illa domus, cui bonus est dominus.
Impietas multos reges causavit egenos,
sed pietas reges non sinit esse inopes.
Sunt homines, regnum quod amore cohaeret in aevum,
res caput est, populus caetera membra bonus.
Rex quot habet cives, tot habet nunc rex quoque partes, 79.
hinc doleat partem perdere vel tenuem.
Exponit populus sese pro rege modestus,
regem credit adhuc corporis esse caput.
Hinc poterit princeps liberis gaudere deinceps,
et fieri regni, rex pater ipse sui.
Perpendat secum rex qualiter est tibi regnum,
quot quot habet cives, tot tenet et soboles.
Hinc pater innotes proprios vult perdere proles?
sic servet populos rex pater ipse suos.
Ad medium ferme dormitant tempore vitae
aequales spatio dives, inopsque suo;
Ego etiam regi nunc plurima regna regenti,
ad medium vivens, pater est Iustus egens.
Magna diem magnis exhaeret cura tyrannis,
nocte venit requies, mortis ut est species:
Nec tamen in pluma requiescunt mollius ulla,
quam, qui pauper homo, nunc requiescat humo.

ergo tyrannae tuae pars haec est optima vitae,
in qua mendicis pars simul esse cupis.

erigat ergo tuas insana superbia cristas
quod flectat flexo poplite turba modo.

Quod populus nudo surgat tibi vertice crebro,
quod sit in arbitrio, viteque, morsque tuo.

At somnus quoties artus adstringit inertes
haec tua, quae dormit gloria dic ubi sit?

Nonne jaces stipti non impar turpis inani,
vel vita functis, morti etiam similis.

Et nisi per vigiles, nunc intra tecta lateres,
esset plebeis vita tibi similis.

Non timor invidus, non alta palatia, ritus,
conservant regem, vel modo regis opem.

Tutus erit plebem, qui sic regit: ut meliorem
nullum plebs regno censeat esse suo.

Regem defendo, si factus rex in agendo,
hoc facit in regno quod decet in populo.

In cuncta cito te populus flectetur amore,
aula timore in te flectere vult hodie.

Saepe bonum regem destruxerat aula per orbem,
post regem plebem conficit aula levem.

Non sic humanas poterit quis flectere linguas,
regis ut exemplo flectitur aula modo.

Si rex non servat quod juris regula dictat,
nec juramentum serviet oppositum;

Nam jus confundet, quae sunt legalia tollet,
culpas exquiret pessima quaeque struet.

Insontes caedet, pulsataque corpora franget
et leges figet, quas ratio prohibet.

Luctus erit huius indulgens quaeque ministris,
talis rex aulis forex erit in populis.

80. ?

81. ✓

Quaeris quis melius rex ne imperet, anve senatus?
reuter ait vulgus si sit uterque malus.

Si sit uterque bonus melior viget ipse senatus,
sunt tibi nam multi, plus test esse boni.

Difficile est numerum dices reperire bonorum,
sed facile est unum dico vigere malum.

Si bonus est medius sicut valet esse senatus,
vix unquam quod fit rex mediocris erit.

Consilio peior regitur meliore senator,
consilii dominos rex regit ipse suos.

Alter ut eligitur, sic natus et alter habetur,
hic caecum est fatum, certum tibi consilium.

Si quando votum turbat dissensio patrum,
regi dissentit nemo; quod et male fit.

Si cupidus longo populum rex roserit aevum:
consul dum malus est spes melioris adest.

Cum passim primo rex sit blandissimus anno:
omni anno sic est consul adesse poterit.

Nec me nota movet, quae partem fabula laudet,
muscam ne redeat, sicca cibumque petat.

Falitur expletum nam quisquis credit avatum
regem, cum tenuem rugat hirsudo cutem.

Sed cum de magnis vigeat sententia dictis:
quaeritur unde tibi quaeritur? causa mihi?

Regem formatum moderatum sive senatum
praeficere arbitrio si potes ipse tuo.

Tunc solus regnas, nec jam cui consule tradas
imperium, restat quaeritur, an expediat.

Sit tibi Consilium.

Sint consultantes de rebus prospicientes,

nec nimium iuvenes, nec nimiumque senes.
Sint sale conditi, qui consiliando periti:
a sale nam dicti consilii domini.

In rebus dubiis bene consultatur ubiis,
hunc non poenitet, qui bene consuluit.

Consilio factum post nullum poenitet actum,
utere consiliis, nam sibi nemo satis.

Cum sale verbotum bigeat mos consiliorum
qui verum quaerit, consiliator erit.

Res occultandae tacitis sunt participandae,
hoc sit pro occulto, quod loqueris tacito.

Non irascaris dum consilium meditaris,
praecipis consilium promovet exitium.

Cum das consilium munus non respiciendum,
consilium vitat, quem modo nullus amat.

A senibus natum proci dicere senatum,
robur inest iuveni consiliumque seni.

Cum rancore bonum numquam sperato senatum,
non sicut ultores consilii proceres.

Consilium verum docet experientia rerum,
nam qui nil didicit via bene consuluit.

Ut sapias crebro serua quae sex tibi mando,
de quo, quando loqui, quomodo, cur? quid, ubi?

Cum tibi cuncta liceat, quid agas moderamina dicent,
nam tentata nocent, quae tibi saepe licent.

Est male sublatum, bene quod fuit ante locatum,
nam nova non laesum lingua laedit equum.

Ut probus esse queas raro, meditataque dicas,
saepe loquax facti, proditor ipse sui.

Adstat iudicio sicut lepus ipse molosso:
cum quis quid potuit dicere, sed metuit.

Ihu modicum fateri sapiens hic esse putatur,

83
✓

84

laus erit ampla tibi, cum sale pauca loqui.
Ille peroravit, qui se sua dicta probavit,
qui bene consultat, vult fieri id, quod amat.
Consilium factum celerem more postulat actum,
est in morosa laus modo nulla mora.

A medico semper modo vice curabitur aeger,
multis consiliis si detur una febris.

Virginitas, tempus, dictum, verbumque, iuventus,
si semel acta volent, irrevocata manent.

Si vis laudari, multum charusque vocari,
tempore consilii discito recta loqui.

De minimis rebus non curat praetor honestus,
quod multum importat vobis praetor amat.

Non ad praeteritum consul valet, imo futurum,
quae tibi facta cadunt, amplius haud veniunt.

Dat corvis violas, vexat censura columbas,
ignatum retum saepe vocamus herum.

Non te dicentis moveat reverentia mentis,
sed potius constet, qua ratione probet.

Idem videt utilius, sed vult tibi sumere peius
huic malus est oculis, vel sine mente animus.

Rem praecedentem videas, et cerne sequentem,
tela nocent levius visa volare prius.

Providus est plenus, non providus caecat egens,
quo sua confirmet Janus utrimque videt.

Se minus afflictum sentit, qui praevidet istum,
hostis praevidus scitque nocere minus.

Vis ut honoreris penum semper venereris,
prudens consilium dat citius penum.

A sene consilium quaeras: prudentia rerum,
est illi, sine qua curia fit vacua.

Idem cito nunc credit deceptus saepe recedit,

decipitur simplice, vice aliquando senex.
Est nullum factum quod non persuadeat aptum,
et det prudentis lingua directa senis.

Consilium lautum sit continuo tibi cautum,
tunc multum fides, cum tibi nota fides.

Non contemnat quicquid bene consiliatur,
rebus in advertis utere consiliis.

Sit tibi dimissum semper cum pondere verbum,
quae cito praecipitas, vice bene nunc recites.

Consilium ex ira sequitur plerumque ruina,
ira repentino nocua consilio.

Vinum rem prodit, vinum mysteria promit
pectora ricca latent pectora pota patent.

Utribus antiquis, plerumque metum male fidis,
nec senio fido, quae retinere volo.

Nemo charus erit divulgans omnia, quae scit:
lima facit rimam, tuta parant foveam.

Est merito ingratus, qui diffamare paratus,
infamans famam nescit habere bonam.

Intendit fictum, qui consilium dat iniquum,
est male consultans, optima dissimulans.

Consilio factum non poenitet esse peractum,
bellum consiliis nunc aperit vasis.

Vix de ponte cadet, cum quo sapientia vadet,
vice modo se perdet, qui sapienter agat.

Aedificans caveas, praevideat aves quoque multas
qui praevideat aves pascere vult inopes.

Musca, canes, mimi, sunt ad convivium primi
qui sua dat mimis fallitur ille nimis.

Non invitati veniunt prandere parati,

musca, canis mimus, vel miser, vel miser, aut fatuus.

Non sic consilii proceres, aulaeque ministri,

86.
✓

2.
—

87.
✓

hos nam qui quaerit, voce vocare velit.
Consilii domini, qui nulla voce vocati,
se non praesentant, sed sua vota negant.
Utere consilio semper, sed tempore recto
consuluit tarde, qui micuit minime.
Utere consiliis, ut saepius inde iuvenis,
inconsulta nocent, consiliata docent.
Auxilio multi, sint consilio tibi pauci
nam breve consilium dicitur esse bonum.
Pro te stet vera serui sententia recta,
nec debet sperni consilium miseri.
Saepe etiam phelus fuit opportuna locutus,
et celat nucleos arida testa bonos.
Saepe manum maculat, qui multa foramina tentat,
saepe fit exhorrens omnia scire volens.
Si caelum caderet, tunc sedes nulla maneret,
quod bene stat sine te, tangere non satage.
Est male municipi commissus caseus ipsi:
poscit ovem rabido fidere nemo suppo.
Consiliando bonum pensa, numquamque malignum,
ut quis consiliat, sic quoque fructificat.
Non vitans ictum non vult vitare periculum,
per gladium quaerens, fit gladio periens. 88.
Lic da consilium, sicut dandum est ad amicum
ut postis verbis firmiter esse tuis.
Secura horrendis sunt praeponeunda periculis,
pyram nullus adit, qui strepitum metuit.
Verba prius limam, post hac tangant quoque linguam,
iuris consiliis ultima limma tuis.
Quam bene consulere, si iuramenta tenerent,
consultatores, consilii proceres.
Saepe sed in magnis, ut fit communiter aulis,

investunt rectum praemia consilium.
Auri sacra fames corrumpit consiliantes,
ut mala vel laudent, vel bona dissimulent.
Hinc bene germanas tacitus correxerat aulas
dicens: quando bibunt, tunc sua constituunt.
Saepe ad iudicium, linguarum perdimus usum,
cur? quia jejuni tunc sumus et stomachi.
Sed bene jam pasti sumus ad statuenda parati,
et postquam bibitur, tunc cito consulitur.
Hi consultores proavos nutriunt sibi mores:
ut bene quid statuas verba serena petas.
Consilium praiceps meritum semper facit anceps
hinc investiget, qual modo quis statuet.
Non de te turpi magni dent vota ministri,
nam bene qui statuit, semper honesta cupit.
Nec de te vana fiat sententia plana,
sed de incerta te, pete consilia.
Nullus amicitia ductus consultet iniqua,
vel laudando malum, vel reprobando bonum.
O consultores rectos assumite mores,
et neque vel tenues spernite pauperies.
Publica privatis praeposuite commoda gratis.
tactis pauperie vos bona verba date:
Ne damnet vestras animas divina potestas,
dando tenebrosas ad phlegetonis aquas.
Dulces sermones nullos monstrate furoribus,
ast vultus hilares consilii proceres.
Troasum plenas, nullus moderetur habenas,
consilium mites vult celebrare homines.
Maxima consiliis mala commiscetur iniquis,
qui mala consultant magna flagella parant.
Non irae, aut odio loca det consultor iniquo

89.
✓

8
paepe quis in proprium consulit interitum.
Ut leo: cunctarum, qui dicitur esse ferarum
rex: aegrotaret, fataque jam saperet.
Pro regni cymba testamini's ultima signa,
sicut adhuc potuit, condere disposuit.
Hinc cito cursorem leporem dimisit in orbem,
qui subito cunctas cogat adesse feras.
Omnibus ex terris mox accurrentibus istis,
adfuit et vulpes tardior ante fores:
Hanc auscultantem defert tarde venientem,
praedo lupus, diras consiliando minas.
Sed mox intrantem reprehendens rex leo vulpem,
cur ab ea quaerit tardior adfuit?
Vulpes responsum regi dederat sat acutum,
et contra rabidum protulit apta lupum.
Dicens: ad mortem scivi decumbere regem,
hinc ego praeclaros consului medicos.
Ihu decumbenti medicamina dent patienti,
quae regi aegrotando pandis libensque meo.
Pellem sed calidam medici svasere lupinam,
hanc rex portabis sic cito sanus eris.
Hanc vulpis miram rex acceptans medicinam,
iusserat infestum decoriare lupum.
Ut maneat verum quod ait sententia rerum,
sunt consulta malis pessima consilia.
Ihuam Mardocheus fuscam persuasit Hebraeus,
in furca illa animam perdidit ipse suam.
Dixit quondam matos Pharo rex durus Hebraeos
demergi in subis iussit iniquus aquis,
Et cito pro exemplo Pharo punitus iniquo,
in subis simili mergitur ipse mari.

90. ✓

91. ✓

Coniectura parum.

Coniectura parum valet experientia multum,
in multis errant, qui modo multa putant.

Ex conjectura vox fiet, mox sinitura,
qui conjecturat resciat, ut sapiat.

Investigetur res, quae suspecta videtur,
indiscussa nocet res bene trita docet.

Autumat hoc in te, quod noverat infidus in se,
sunt mores stulti carpere facta boni.

Pervigili cura semper meditare futura,
suspicere commodius, despice deterius.

Non est permissum cuivis modo adire Corinthum,
quilibet est proprii nunc faber ingenii.

Obvolutus damnis, qui fit scrutator inanis,
quod non vult te, tu sepelire fuge.

Actaeon oculis nymphas vidit fugitivis,
et factus cervus praeda fuit canibus.

Aegrotant medici, fraudantur jure periti,
in manibus gestas saepe quod ipse vetas.

Non credas undam placidam non esse profundam,
nec pulchrum promum quolibet esse bonum.

Flos in pictura non est nisi sola figura,
non est in speculo, quod videt virtus homo.

Res, quae sparguntur non totae saepe leguntur,
saepius edicit, quod male quis didicit.

Saepe sedes quaerunt, quod docti non docuerunt,
quaelibet in propria tana senescit aqua.

Ipse quandoque tuas prudens scrutaberis umbras,
et purget portam quilibet ante suam.

Ad secreta poli curas extendere moli,
qui multum tentat, saepe nihil penetrat.

92.

Non dicas vere, si possit causa latere,
recepta exspecta patet, conicienda latet.

Lyncerae mentes sunt suspitione carentes,
est similis fatuo suspiciosus homo.

Aduae non sunt ad te, semper tu intacta relinque,
est qui saepe bonum iudicat esse malum.

Veraces estis, qui suspitione caretis,
nam morunt homines dicere falsa leues.

Cur aliena magis, quam crimina vestra videtis?
an quia sunt longe vestra, aliena prope.

Pluma supra caput est, vobis et sub pede pluma est,
a capite, adque pedes, vos probat esse leues.

Est duxum. clare contra flumen natitare,
quisquis vera sapit, viribus apta facit.

Non ultra crepidam nunc sutor iudicet aulam,
ultra non sapiat, quam ratio valeat.

Nemo jugum sumat, quod vis nunc ferre reuscat
audens vis multum labitur in nihilum.

Et sibi cum tenues alietus alat morbo vires,
hinc pariter tenues dilaniabit aves.

Iduol postum facio, quae viribus aptaque tento
hunc lapidem jacio, quem moderare scio.

Hinc metire tuas vires: si fortis es edas, — 94.
grandia, si fragilis sit tibi pars humilis.

Saepeius ima petunt melius, qui scandere tendunt,
non caret insidiis prosper in orbe suis.

Prosperitas in re vult prosperitate carere,
tem, cui quis fidet, saepe ruina manet.

Hinc et scandentes collum frangunt meliores,
scit quandoque suos perdere sol radios.

Sed ne cede malo contra robustior ito,
laus est in magno non tepidare malo.